





1677,2 35  
**LEVIATHAN**

Refutatus & expositus  
DISPUTATIONE ORDINARIA

Ex Jur. Nat. & Gent.

AUSPICE NUMINE

PRÆSIDE

**HENRICO COCCEJO,**

U. J. D. & Jur. Gent. P.P. & F.P.

DECANO,

RESPONDENTE

**JOHANNE DIETERICO NOTT,**

Hammonâ - Guestphalo.

Venitlanda Die 10. Mart. An. 1677.

b. l. q. f.

---

Denuo recusa M DCC IV.

L  
B  
A  
V  
I  
A  
H  
A  
N

R  
e  
m  
i  
n  
i  
c  
e  
x  
c  
o  
d  
i  
f  
i  
c  
h

D  
i  
p  
h  
i  
t  
a  
t  
i  
o  
n  
a  
G  
r  
o  
n  
i  
a  
r  
i  
a

E  
x  
j  
u  
n  
i  
c  
s  
o  
c  
e  
c  
t  
i  
v  
e

A  
u  
s  
z  
w  
a  
c  
h  
e  
n  
u  
m  
u  
n  
i  
s  
t  
u  
r  
e

H  
a  
r  
d  
e  
p  
r  
e  
s  
s  
e

H  
E  
N  
R  
I  
C  
O  
G  
O  
C  
C  
E  
I  
O

G  
I  
D  
S  
J  
U  
G  
e  
n  
s  
K  
G  
E  
T  
P  
B

D  
I  
C  
A  
N  
O

B  
E  
S  
F  
O  
N  
D  
P  
L  
A  
T  
E

J  
O  
H  
A  
N  
N  
E  
D  
I  
E  
B  
R  
I  
C  
O  
N  
O  
T  
T  
I

H  
a  
u  
m  
o  
r  
y  
-  
G  
e  
i  
g  
s  
p  
a  
j  
o

L  
E  
G  
I  
A  
R  
Y  
D  
a  
s  
a  
M  
a  
n  
-  
T  
h  
e  
a  
r  
e  
s  
t  
u  
r  
e

D  
e  
t  
h  
o  
l  
d  
e  
s  
M  
D  
C  
C  
I  
A



## §. 1.

**I**

Njicitur in sacris mentio Leviathan,  
in cuius descriptione hæc inter alia  
inveniuntur verba; Non est pote-  
stas super terram, quæ compare-  
tur ei. Factus est expers metus.  
Videt omnia sublimia infra se, &

*Job. 41. vers. pen. & ult.* Hæc descriptio, si abstrahatur ab  
exemplo, cui applicatur d. l. & in genere accipiatur,  
apprime convenit summae in his terris potestati, inde-  
que occasionem dedit sagacissimi ingenii viro Thomæ  
Hobbesio, ut eam vocem *Leviathan* applicaret personæ  
sue artificiali, sc. summo magistratu, quem alibi *mor-  
talem Deum* vocat, & ex unione omnium pri-  
vatarum voluntatum efformat, tract. *Leviath. in princ. & cap. ... in  
fn.*

## §. 2.

Nos equidem hunc docti viri conatum non impro-  
bamus; verum cum hanc potestatem non tantum no-  
mine sed re ipsa esse Numinis vicariam jam olim asser-  
tum à nobis fuerit, operæ precium visum est, jam exa-  
minare, an hic Leviathan ita ex conjunctione privata-  
rum voluntatum produci, indeque jura descriptionis  
§. l. allatæ tribui ipsi queant; an vero superiore princi-  
pio ad id opus sit.

## A 2

## §. 3. Sen-

(2.)

§. 3.

Sententia Hobbesii est, *constitui personam hanc artificialem, seu summam potestatem, dum cives singuli vim suam omnem in unum conferunt, isque unius cuiusque personam itagerit, ut singuli videantur esse autores omnium actionum, quas persona illa exercet, perindeque sit acsi ipsi singule gesissent, que ipse gerit, & per hanc representationem existere veram unionem omnium in illa persona, que dicatur civitas & Deus mortalis, descriptus d. c. 41. fin.*

§. 4.

Affabré! verūm tamē potestatem à civibus istis concedi posse, quae sufficiat descriptionis illius amplitudini explendare, nedum constitueret authoritati Numinis Vicariæ omnino negamus. I. Quia omne hominum genus, et si quicquid in ipsis est autoritatis plenissimè in unum conferant, nihil tamen quicquam divinæ autoritatis tribuere possunt utpote quod ipsi non habent, l. 20. pr. A.R.D. omnis enim omnium autoritas, quantacunque sit, humana tantum est, non divina. At qui Principibus competit divina quædam potestas, scil. Numinis Vicaria ut alibi ostensum, disp. de Summ. pot. illa ergo ab hominibus concedi nequit.

§. 5.

II. Quia omnes homines Principi jus in suam vitam adeoque jus capitalium pœnarum concedere non possent, cum nec ipsis jus in vitam suam habeant; quippe quos divinus Autor sui, non ipsorum causâ, & veluti instrumenta suæ gloriae condidit. Nulli ergo homini jus est tale divini Authoris instrumentum & iurisdictionem vivis tollere aut alii jus tollendi concedere.

aliquo bī he oīa

§. 6. III.

III. Hoc idem ostenditur ex mandato illo Numinis, quod post diluvium non singulis, sed omnibus, qui tunc vivebant, simul dedit, ne sanguinem hominis profundant, addita hac ipsa ratione, quia homo gerat imaginem Dei; adeoque omnes tunc homines, qui simul fuere, non habuerent jus ullius hominis occidendi, & imaginis illius divinae extinguendae. Regerunt facile prohiberi ibi non publicum facinorosum supplicium, sed privatam singulorum occisionem. Resp. Ratio adjecta, quod in imaginem divinam nihil hominibus sit juris, æquè militat in omnibus hominibus publicè coëuntibus, ac in singulis; quicquid enim est illius divini instrumenti & imaginis, non humani sed divini juris est. Neque mandatum hoc singulis, sed toti hominum generi, quod tunc publicè quasi congregatum fuit, datum est. Denique quod singuli non habent, id nec omnibus simul ex se competit, quia competenter omnibus ex singulorum conventione; qui ipsi id non habent. Aliunde Emissa potestas arcessenda est.

IV. Cives omnes non possunt nisi jus in suas res & actiones concedere, nam & hic aliud non habent. Unde E. jus belli in extraneos occidende eos?

V. Ex concessione civium non potest consequi Princeps hanc descriptionis partem; *Factus est expers metus*: imò nunquam magis metui subjicietur, quam ubi cives à sua tantum concessione pendere potestatem Principis, nec superiore aliqua autoritate suffulgam viderint. Sed & illa parte deficit descriptio, quod nulla fit

*sit potestas super terram, qua comparetur ei; si illa tantum  
sit humana.*

Aliunde ergo hic Leviathan & ὑπερέχου εἰς σοι, o-  
mnesq; alias supereminens potestas constituenda est,  
ut descriptionis hujus magnitudinem æquet, de quo i-  
ta statuimus. Extra controversiae aleam summo rerū  
Arbitrio competit in homines à se conditos plenum ar-  
bitrium atque potestas, quæ & jura sua iis injungere, in-  
junctaque exequi, seu ad ea observanda compellere ho-  
mines potest. Hanc potestatem cùm ipse in his terris  
non exerceat, eam quasi delegavit commissive huma-  
næ societati, & consequenter necessariò illi simul con-  
cessit omnia illa remedia, quæ ad tuenda ista jura, co-  
ercendosq; ad eorum observationem homines necessa-  
ria duxerit. Hinc quicunque ab ea ad hanc potesta-  
tem eliguntur, non vi hujus electionis, sed vi delegati-  
onis quasi à Numine cuivis electo factæ, eam exercent.  
Hinc DEI GRATIA. i. *Dei nomine & loco*, seu, ut Seve-  
rus in nummis, DIS AUSPICIBUS imperia edictaque  
sua promulgant. Hinc jus ipsis in hominis, divinæ i-  
maginis vitam. Hinc mandatum illud post diluvianū  
non ad Deos hos vicarios, sed ad homines tantum per-  
tinuit. Hinc verè meritis expers potestas tanta autho-  
ritate defensa. Hinc descriptione sua perfectus Levi-  
athan.

Hanc autem Numinis delegationem evidenter  
ostendimus. I. Cum rerum Autor jura ac decreta sua  
observari, eoq; homines compelli velit, necessariò et  
iam vult potestatem, quæ compelli homines & neces-  
itate juris illius observandi adstringi possint: nam & ju-  
rium

(5.)  
rium ratio hæc est, quòd inde oritur obligatio & neces-  
sitas parendi; & necessitas talis nulla est, nisi sit pote-  
stas, quæ non parentes compellat: & ex eodem capi-  
te firmissimè id concludit Pomp. in l. 2. §. 13. O. I. Quan-  
tum est enim, ait, *jus in civitate esse, nisi sint, qui iura regere  
possint: indeque & ipse deducit, necessarios esse magistratus,  
ut pote per quos effectus rei accipiatur.* Atqui potestatem  
hanc non exercet ipse divinus Autor per se. Ergo per  
alios, quibus ipse quasi delegavit: At per quos, nisi per  
ipsos homines, non unum vel plures, neutrū enim  
ullibi definitum est. Ergo per omnes, vel qui omnium  
electione constitutus omnes repræsentat. *Conf. disp. de  
Summ. pot.*

§. II.

II. Eandem divinæ potestatis delegationem lucu-  
lenter ostendit sacra pagina Paulus de ipsis ἐξοικείαις υπερέχονται, seu potestatibus summis, & reliquias omnes  
supereminentibus (ita enim vox illa ὑπερέχων de regia  
Potestate dicitur, & aliis potestatibus subordinatis op-  
ponitur i. Pet. 2. v. 13.) inquit: εὐτὸν ἐξοίκια εἰ μὴ δύναθε,  
non est potestas nisi à Deo. Et mox eod. vers. di δέδοντι ἐξοικείαις  
τὸν τοῦ Θεοῦ πληγυέντα εἰσόν. *Quae sunt potestates, à Deo institu-  
ta sunt. Unde mox vers. 2, vocatur διατάγη τοῦ Θεοῦ, Dei  
institutio. & bis vers. 4. Θεοῦ διδόνονται, Dei minister. Denique  
vers. 6. Διετέρης Θεοῦ, q. publicus Dei minister, &c.*

§. 12.

III. Idem antiquissimis gentium semper proba-  
tum. Homerus Reges pérpetuo hoc & quasi peculiari  
i ipsiis charactere appellat, quod sunt Διοτρεφεῖς, à Deo a-  
luti: uti *Odyss. n. vers. 49. δῆτες δὲ Διοτρεφεῖς βασιλῆς.* item de  
Priamo, *in fine Iliad. o. v. rcp. Περάδιοι Διοτρεφέοι. βασιλῆοι.*  
Item de Menelao, *Odyss. o. v. 97. Εἰ ν. δρ. Μενέλαοι Διοτρεφεῖς.*  
Item

(6.)

Item *Iliad.* B. vers. 98. Διοτερέθεον βασιλῶν. Item. vers. 196.  
Διοτερέθεον βασιλῆς : ubi ipse quoque Poëta hanc addit  
rationem nominis vers. seq. τιμὴ δὲ ἐπὶ Δίος ἐστι ; quia *A  
jove summus honor.* Idemque exerte Callim. Εὐδέ Δίος βα-  
σιλῆς. *A Jove sunt Reges.* Et Plato in Polit. regem dicit,  
τὸν βασιλέα, ὃς θεῖος ἐξ αὐθεάπων. Regem, cœu Deum inter ho-  
mines. Tacitus quoque disertè ait *L. 6. annal. in oratione  
M. Terentii.* Principiūmnum rerum judicium Dii dederunt.  
Unde Curtius : Regum nomen gentes, qua sub regibus sunt  
pro Deo colere. Et Tullius orat, post red. in sen. se magistra-  
rum Romanum Deorum numero colere debere, &c. Hinc sa-  
pienter Pertinax in nummo providentiam imperium  
sibi deferentem expresit cum Inscriptione : PROVI-  
DENTIÆ DEORUM. Hinc vox illa ipsius Dei ad Prin-  
cipes : Dii estis. Hinc numinis quoque affectiones, hoc  
jure Vicario iis tribuuntur. Hunc E. Leviathan  
non αἴθρων οφεῦ sed θεότροφον non ab homini-  
sigerat sed ab Deo natum appareret,

FINIS.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-748535-p0010-6

**ULB Halle**  
003 487 296

3



50

V 278

V 317





1677, 2 35

# LEVIATHAN

Refutatus & expositus  
DISPUTATIONE ORDINARIA  
Ex Jur. Nat. & Gent.  
*AUSPICE NUMINE*  
PRÆSIDE  
HENRICO COCCEJO,  
U. J. D. & Jur. Gent. P.P. & F.P.  
DECANO,  
RESPONDENTE  
JOHANNE DIETERICO NOTT,  
Hammonā - Guestphalo.  
*Venit landa Die 10. Mart. An. 1677.*  
*b. l. q. s.*

---

Denuo recusa MDCCIV.